

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Gebri Arabis Chimia**

**Geber**

**Lugduni Batavorum, 1668**

Rationes negantium artem suppositam in Sulphure, argento vivo, tutia  
magnesia, marcasita, sael ammoniaco, earumque consutatio, & c. Cap.  
XVI

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

& paulatim evanuit in fumum, relicto corpore in priori sua dispositione. Et hi similiter scientiam arguerunt interimentes ut primi. Et eisdem ut primis respondentes artem affirmamus, quod eam scimus, vidimus & veritatem propriis manibus tetigimus.

*Rationes negantium artem suppositam in Sulphure, argento vivo, tutia magnetica, marcasita, sale ammoniaco, earumque confutatio, &c.*

CAP. XVI.

**A**Lii quidam profundius in ipso viderunt, mundaverunt illud, & ejus fucam & adustionem abstulerunt, & factum est eis fixum, terreum & mortuum, nullam dans fusionem bonam, sed solam vitrificatorem: & ideo non potuerunt hac medicina in projectione corporibus permisceri, & per consequens nec alterare. Ideoque arguunt ut primi, & eisdem respondeamus sicut primis, quia opus diminutum & detruncatum reliquerunt, nec illud ex sua ignorantia complere sciverunt. Ingressionem enim quæ est perfectionis ultima, inquirere nescierunt. In omnibus similiter spiritibus aliis est idem modus præparationis & defusionis, nisi quia in argento vivo & tu-

& turia excusatur à majori labore, qui est ex remotione adustionis. Hæc enim sulphureitatem & combustibilitatem adustibilem non habent, sed solam fugam & terreitatem immundam. Magnesiæ vero & marchesitæ omne genus sulphureitatem habent, plus tamen marchesita : minus vero magnesia : fugam tamen omnes habent, plus tamen argentum vivum, & sal ammoniacum, minus vero sulphur; adhuc vero minus suum comparat arsenicū, & adhuc minus marchesita, quinto vero & magnesia minus illa, sexto vero & ultimo minime omnium turia. Utraque tamen fuga participat : alia tamen plus, alia vero minus : & ideo propter illorum fugam spirituum, cuidam supervenit experimentatori delusio vehemens, in illorum operationibus præparationum & ipsorum projectionibus similiter. Ideoque & ipsi arguunt & interimunt ut in sulphure supponentes, & eisdem ut in sulphure supponentibus respondemus.

*Rationes negantium artem suppositam in spiritibus una cum corporibus figendis.*

CAP. XVII.

Sunt autem alii intendentes in experientis qui voluerunt spiritus in corporibus figere, nulla alia præparatione

B 5 huic